

'ANNOTATA ANTI-GROTIANA'

rum absterguntur, ἀπεψῆσαν abstergere. Extremam igitur abjectionem, contemptum, miseriam Apostolorum in mundo indicat, quod vulgo piaculares habeantur atq; abominales, qui purgamentorum instar mundo foeteant.

PARS III.

Reprehensionis mitigatio.

V. 14 Οὐκ ἐντρέπων ὑμᾶς γράφω ταῦτα.

“ *Εντρέπων* est pudefacere Plutarcho, & aliis bene Græcis.
 “ Apud Interpretes responder Hebræo וְנִבְּרָה & aliis verbis, paris
 “ significatūs. Hoc dicit non se hæc scribere, ut Corinthios
 “ apud alias Ecclesias traducat. De Doctoribus loquutus, nunc
 “ verba ad fidelium singulos vertit.

Talis mutatio personarum non apparet è textu. *Eosdem* semper alloquitur Apostolus: Nec cum *Doctoribus* agit; sed cum *auditoribus*, qui mutuò se efferebant alii adversus alios ob judicia diversa de Doctoribus suis, imò de ipsis Apostolis, eorumq; collegis.

“ Ἄλλ' ὡς τέκνα μὴ ἀγαπητὰ ἰσθιτῶν.

“ In *Manu* scripto ἰσθιτῶν, rectè, ut cohereat cum illo ὡς.
 “ Ἰσθιτεῖν est castigare in id, ut alter melior fiat. Parentibus ma-
 “ ximè id convenit nomen, ut videre est Sap: XI, 11. XII, 26. Re-
 “ spondet Hebræo יָדָה & נָדָה.

“ V. 15. Εἰν γὰρ μὴδὲ παιδαγωγὸς ἔχηται ἐν χειρῶν.

“ *Παιδαγωγὸν* Latine *pædagogum* rectè dixere Columella
 “ & Cicero: Custodem Horatius. Ita dicitur is, qui puero aut
 “ adolescenti adest, ad mores ejus formandos. Sic Oresten cum
 “ *pædagogo* intraducit Sophocles *Electra*, & Leonidas Alexandri
 “ dicitur *παιδαγωγός*. Vide Gal: III, 25.

“ Ἄλλ' εἰ πολλὰς πατέρας. Ἐν γὰρ χειρῶν Ἰησοῦ διὰ τῆς εὐαγγελί-
 “ λιας ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα.

“ *Provide ait ἐν χειρῶν Ἰησοῦ*, id est per dona à Christo data. Pri-
 “ mus in hac re honor est Patris Matth: XXIII, 9. 1. Pet: I, 3. 1. Job:
 “ III, 9. Proximus Christi ut hic apparet, & dictò Matthæi lo-
 “ 60: Tertius Apostolorum, ut hic Philem 10. Gal: IV, 19.

His